



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Art. 8. Vtrum trina immersio sit necessaria ad substantiam Baptismi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

40 Qu. 66. De pertinent. ad Sacram. Baptismi. A. 7. D. 2. A. 8. D. 1. 2.

Inclusus  
culeo.

Vestes solū  
aspersæ.

Infans in  
vtero.

Aspersio  
aqua.

Ratio est, *Quia* alioqui homo non propriè dicitur *Baptizari* vel *Abiui*. *Vt* si quis culeo inclusus mergeretur, non ablueretur. Idem dico, si vestes tantummodo aspergerentur; quamvis aliqui contraria sentiant. Et confirmatur, *Quia* alioqui posset infans baptizari in vtero matris, perfusa, vel immersa matre; quod est contra communem sententiam, & praxim totius Ecclesie.

Neque verisimile est Apostolos Acto. 2. baptizasse tali aspergione, quali aqua benedicta aspergitur; quia potenter capita illorum facile perfundi erat enim plures Ministri, qui brevi tempore plurimos baptizarent. Aqua lustralis non est Sacramentum, sed quiddam sacramentale, vim habens ex intentione & precibus Ecclesie. Vnde non est necesse, vt corpus tangat, sufficit vt vestem tangat; id enim Ecclesia non requirit, sed tantum, vt cum pro animi motu excipiatur.

D V B I V M I I.

*Quanta corporis pars ablenda est?*

28  
Capit.

Pectus.

Pes, vel  
Manus.

Digitus.

Capillus.

R Esondēo, Ex more Ecclesie tenentur Sacerdotes, si fieri potest, vt minimum caput aqua perfundere; vt colligitur Canone Postquam de Cōfēratione dist. 4. Ratio est, *Quia* caput est primaria pars hominis, in qua vigent omnes sensus; & sic in capite omnes sensus sanctificantur.

Ad rationē tamen Sacramenti, perfusio capitis non est necessaria. Nā si pectus, vel alia pars præcipua perfundatur, certum est confitare Sacramentum. Quod si vel pes, vel manus dumtaxat, res nō est ita certa; quamvis sit valde probabile: vnde postea sub conditione esset rebaptizandus; multoque magis, si tollit digitus tinctus fuerit; hec enim ablutione non videtur sufficiens, vt inde homo dicatur simpliciter *Ablutus*, *tinctus*: tanta tamen ablutione est necessaria, vt patet ex forma baptismi.

Aduerte tamē, Non esse omnino improbatibile, ablutionem digitū, vel alterius minimae partis, sufficere ad substantiam Sacramenti. Ita Victoria qu. 32. de Baptismo, & plurimi recentiores, qui etiam unius guttæ contactum sufficere putant. Et ratio est, *Quia* in quavis parte est tota anima, ac proinde tota sanctificari potest. Aspersio tamen capillorum nullo modo videtur sufficiens, quidquid dicat Sotus.

A R T I C U L V S VIII.

*Vtrum Trina immersio sit necessaria ad substantiam Baptismi?*

29

Trina im-  
mersio  
olim in  
præcepto,  
& cur.

R Esondēt, Necesariam non esse: qui tamē eam contra Ecclesie sua confuetudinem omitteret, peccaret. Notandum tamen, In principio Ecclesia more fuisse ter mergendi. Ita præceptum sicut ab Apostolis Can. 49. ob quoddam hæreticos, qui prauè de mysterio Trinitatis sentiebant; vt Cerinthus, Ebion, & similes, qui docebant Christum esse nudū hominem: nominari autē Filium Dei ratione meriti suę mortis; quare, vt hoc representarent, unica mersione vtebantur, baptizantes in morte Christi. Trinæ mersionis meminerunt Dionysius lib. de Eccles. Hierarchia c. 2. par. 2. Tertullianus contra Præcam, & lib. de Baptismo. Basilius lib. de Spi-

ritu S. ad Amphiloc. c. 27. vbi est recenset inter Apostolicas traditiones. Ambrosius lib. 2. de Sacramentis cap. 7. Representatur per eam Trinitas personarum: vnde optimè responderet forma; & triduanæ Christi sepulchra: per baptismum enim Christo conceperimus.

Primus autem, Qui post Apostolorū tempora ausus fuit unica mersione vti, fuit Eunomius, te- Vnica im-  
ste Sozomeno lib. 6. histor. cap. 26. & Nicephoro merito pet  
lib. 11. c. 11. Postea tamen Gregorius Magnus pre- quem in  
cepit baptismum fieri vna mersione, ob quoddam induita, Ecclesiam Ariani, qui per triam mersionem tres essentias eius, con- inducebant, unitatē diuinitatis diuidentes. Patet gruenzia, hoc lib. 1. Registri c. 41. ad Leandrum. Idē paulò pōst constitutum in Concilio Toletano 4. cap. 5. Congruentia huius sunt: tūm, quia vna essentia est triū personarum: tūm, quia Christus semel tantum mortuus, semel sepultus: tūm denique, quia populus Israēliticus semel mare Rubrum, semel Iordanem transiit.

Dices, Pelagius Papa affirmat Euangelicū esse Pelagius præceptum *In nomine Trinitatis tria mersione vnum,* Papa. quæcumque baptizari, vt patet Can. Multi sunt de Cōfēratione dist. 4. Respondeo præceptum hoc re- ferendum tantummodo, ad nomenclaturā Trinitatis, non ad Trinam mersionē. Vide D. Th. ad 2.

D V B I V M I.

*Si Infans moreretur ante tertiam mersionem, vtrum censeretur baptizatus?*

R Esondēt, Si forma fuit terminata ante tertiam mersionem, v.g. simul cum 1. vel 2. Afirmā. mersione, & statim post hoc momentum infans ur- obij, est vē baptizatus; vt recte docet hīc Caecanus contra Paludanum. Ratio est, *Quia* tria mersione nō est de substantia Sacramenti, sed sufficit ablutione. Vnde si forma cōpleatur simul cum prima mersione, jā constat baptismus; & due sequentes mersiones nihil operabuntur, etiam si Minister intenderet per eas baptizare. Cuius ratio est, *Quia* completo Sacramento quoad partes essentiales, non potest Minister eius effectū suspendere, modò intēdat facere quod facit Ecclesia: operatur enim Sacramentum per modum causæ naturalis. Quod si Minister ita suam intentionem determinaret ad Restringim. trinam mersionem, vt exp̄sē excluderet vnicā, nolens per eam baptizare, nihil efficeret: vnde, si vēl ut omnes mersiones concurrent, ita debet terminare verborum formulam, vt non compleat ante tertiam mersionem.

D V B I V M I I.

*Vtrum tota ablutione, seu immersio, praesertim quando fit per motum localem aqua per cor- pus, vel corporis per aquam, sit de substantia Sacramenti?*

R Esondeo, Eam totam esse de substantia Sa- 32 Reponso cramenti, quæ peragitur ante complemen- tum verborum: id autē totum, quod sequitur post terminum verborum, non est vīlo modo de sub- stantia, si ea pars quæ antecessit, erat sufficiens, vt ab illa præcisē homo dicatur *Ablutus*, etiam si hæc pars esset minima inter eas, quæ sufficiunt. Ratio est, *Quia* posito sufficientis partiis contactu, vnde homo potest dici *Ablutus*, & accidente complemento verborū, constitutum integrum Sacramen- tum: ac

**Qu. 66. De pertinentia ad Sacram. Baptismi. A. 8. D. 3. A. 9. D. 1. 41**

tum: ac proinde quidquid sequitur, quasi per accidens se habet ad Sacramenti rationem. Vnde in quocumque momento successiva ablutionis inciderit terminus formæ, in eo perficitur Sacramentum: & reliqua pars ablutionis non est de substantia Sacramenti.

Quod si completa sit forma ante ablutionem, tunc solum ablutione minima sufficiens ad rationem ablutionis, est pars Sacramenti: quando enim ad hanc peruentum est, constat integrum Sacramentum; quod semper compleri debet in momento, sicut & gratia in momento infunditur.

**D V B I V M III.**

*Vtrum ad rationem baptismi, quando fit per immersionem, necessaria sit succedens emersio?*

**R**espondeo, Si dum Minister immergit, infans clabatur, & prolatâ formâ sufficietur aquis, erit verè baptizatus: quod communiter Doctores fatetur, vt testatur Gabriel dist. 4. q. 2. art. 3. dub. 4. Ratio est, Nam mersio per se sola sufficit ad ablutionem. Ablutio enim baptismi necessaria, vt rectè Gabriel, nihil est aliud, quam contactus aquæ, quæ humectare potest: atqui hic est talis contactus: ergo &c.

Hinc omnino consequi videtur, verè fuisse baptizatum infantem illum, de quo narrat Panormitanus, in Cap. Non ut apponeres de Baptismo & eius effectu, qui instantे morte cum portaretur ad baptismum, & aqua haberi non posset in via, proiectus est in putrum adhibita legitimâ verborum formâ. Ita enim sentit Panormitanus ibidem, & Gabriel suprà, & Summa Rofella verbo Baptismus 4. num. 1. quamvis plerique alij in contraria sint sententia. Probatur, In priori casu infans est verè baptizatus: cur non etiam in hoc? Vtrobique enim aquis mergitur, sed non emergitur: vtrobique mors sequitur: vtrobique ad est legitima necessaria forma, & intentio Ministeri. Nec refert, quod Minister non immerget illum immediate, sed ex loco remoto projiciat: quia si fune eum demitteret in calatho, esset verè baptizatus, etiam illorum iudicio: item, si eminus eum aquâ perfunderet. Neque etiam requiriatur intentio eleuandi ex aqua; nam in sola mersione, seu contactu aquæ perficitur ablutio.

Denique non refert, quod ex tali proiectione mors sequatur, & baptismus ordinetur ad salutem infants. Nam etiam fontem baptismalē veneno inficere, vel aqua feruente ad occidendum infantem veteris, nihilominus, si verè intendas baptizare, erit status baptismus: nam ablutio antecedit mortem. Aduerte tamen contrahi peccatum homicidij, si infans futurus erat superficies. Quod si mors omnino instabat, & aliter baptizari non poterat, non videtur homicidij crimen.

**A R T I C U L V S I X.**

*Virum Baptizatus posset iterari?*

**R**espondetur, Non posse. Est fide tenendum. Definitur Can. 46. alias 47. Apostolico; vbi iubetur deponi Episcopus rebaptizandas. Et in Symbolo Niceno, Confiteor unum Baptisma in remissione peccatorum. Et in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. 1. Denique in Florentino, & Tridentino sess. 7. can. 11.

Probatur ex Scripturis. Ad Ephesios 4. Vna Ephes. 4.

Fides, vnum Baptisma: vbi etsi Vnum possit optimè accipi, vt sit idem quod Commune, quia est vnum commune omnibus baptisma: tamen Patres hinc colligunt baptismum repeti non posse. Cyprianus epistola 73. Ambrosius lib. 2. de Peccantia cap. 2. Hieronymus in hunc locum. Augustinus lib. 11. contra Cresconium c. 28. Ad Hebreos 6. vers. 4: Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, rursus renovari ad peccantiam, rursus crucifigentes fibi meipsum Filium Dei: quem locum Patres passim exponunt de renouatione per baptismum, qui illuminatione dicitur. Ita Chrysostomus, Theodoretus, Theophilactus in hunc locum. Ambrosius loco citato. Epiphanius heresi 59. In eandem sententiam ait Apostolus ibid. cap. 10. v. 26. Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur hostia pro peccatis, id est, aliud sacrificium, quod nobis per secundum baptismum applicetur.

Secundò, Probatur Ratione. Primo, Baptismus est quædam regeneratio & nativitas: Ioannis 3. nativitas autem geminari non potest. Ita Augustinus tractatu 11. in Ioannem. Secundò, Quia baptismus primario institutus est ad peccati originalis deletionem: atqui peccatum originale non repetitur. Tertiò, Quia per baptismum adscribimus familiæ Christi; quod tantum semel fieri solet. Quartò, Si baptismus possit repeti, daretur summa peccandi licentia: quia per ipsum non solum culpa, sed etiam omnis pena condonatur sine satisfactione. Quintò, Quia baptismus est quædam mortis & resurrectionis Christi configuration: atqui hæc semel tantum facta. Sextò, Quia baptismus imprimet characterem indelebilem. Septimò, Quia Circumcisio, quæ erat figura baptismi, non poterat iterari. Haec rationes ostendunt, quam fuerit consentaneum, vt baptismus non repeteretur. Primaria tamen causa est Christi institutione & voluntas divina; vt docet Scotus dist. 6. quæst. 7.

**D V B I V M I.**

*Quas penas incurvant, qui rebaptizantur  
vel rebaptizantur?*

**R**espondeo, Vtrique, Iure Ciuii plectuntur morte: vt habemus Leg. 1. & 2. Codice, Ne sanctum baptismum iteretur. Iure Ecclesiastico efficiuntur irregulares. De rebaptizato, patet ex Canon. Qui in qualibet. 1. quæstione 7. vbi etiam declaratur hanc irregularitatem talen esse, vt non solum impedit ascensum ad Ordines superiores, sed etiam ministerium in suscepis.

De rebaptizante est maior difficultas. Nā nullus est textus vbi exprimatur illum fieri irregulariter, cum tamen irregularitas non incurrit nisi irregulariter, in casibus iure expressis, vt habeatur Capitulo, Is ex quo Textu que, de sententiæ excommunicationis in 6. iura, probetur, quæ maximè solent adferri, sunt hæc.

Primò, Canon Eos quos. de Consecratione. dist. 4. Sed hic non vrget, quia non loquitur de rebaptizantibus, sed de ijs qui se permittunt rebaptizari.

Secundò, Canon 47. Apostolorum. Sed hic Canon solum præscribit poenam irrogandam, non autem ipso facto irrogat.

D d iii Tertiò,

Sacramen-  
tum semper  
in momen-  
to comple-  
tur.

33  
Infans d  
manibus  
claplas in  
aqua.

In pectus  
proiectus.

34  
An si ho-  
mocida qui  
baptizando  
infantem  
occidit?

35  
Est deinde  
non posse  
iterari.

36

Rebapti-  
zatus est ir-  
regularis.